

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1925

De S. Daniele Monacho In Perside Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

VITA

¹ مس. — ² Dehinc P: | ۱۵۵۰ حکم ۱۵۵۰ میلادی و ۱۵۵۰ هجری هستند. — ³ relqua desiderantur.

(1) Reliqua paucioribus verbis eadem in P. —
(2) P sic perorat: *Memoria eius in benedictione, atque eius oratio munimentum sit et verba*

66. Dominus autem Romanus (1) et coetus qui cum eo congregati erant, cum delatam e caelo coronam et in illius caput impositam vidissent, Deum laudarunt, qui victoriam coronamque illi dederat. Huius corpus elatum composuerunt cum summa reverentia. Et ecce nunc praesidium fert iis omnibus qui ad id configunt cum sincera fide. Coronatio eius contigit die decimo (mensis) trevis posterioris (2); multaque perpessus ex hoc mundo migravit coronam ferens victoriarum suarum, ad splendidam caeli mansionem. Oratus domini Martyriani misericordia terram complectatur et eos qui frequentes convenerunt ad honorandam diem illius commemorationis. Dignos habeat eos Dominus, qui molestiarum suarum remedia obtineant; eorum ulcerata Deus sanet, corpora confirmet, sedibus eorum annoram impertiat, atque benedictiones copiosas | ...

Martyriani
triumphus

*et gloria
postuma.*

E

DE S. DANIELE

TEMPORE
INCERTO

MONACHO IN PERSIDE

P. P.

1

COMMENTARIUS PRAEVIOUS

E

*Ignoti
huius
Danielis*

1. Si minus corrupta esset historia quae ad hunc diem in synaxario habessinico exscripta est, forsitan sciremus quis fuerit et quando vixerit, aut vixisse putatus sit iste Daniel, qui Persarum regem ab insanibili morbo curaverit, eumque ad christianam fidem converterit. Sed in evanida narratiuncula, cuius omnes notiae propriae penitus oblitteratae fuerint, ne conjectura quidem sine temeritate potest astrui. Non pauci thaumaturgi nomine Daniel, in Syrorum praesertim litteris hagiographicis occurrunt, quos omnes singillatim recensere longius est quam utilius. Primus memoriae se ingredit Daniel Medicus, S. Eugenii discipulus, cuius exstat Vita syriaca inanibus commentis referita (1). Hic, si umquam exs:ituisse credendum

est, floruit regnante Sapore II, in provincia Beth Nuhadra, ubi regulum pagi Tell Haš, cum eius aula et populo baptizavit (2). Sed miracula quibus id pervicit nihil commune habent cum narratione de qua nunc queratur. In historia coenobii Qartamini, in Turabdini finibus, quod dimidiato circiter saeculo V conditum ferunt, inter primos monachos Daniels duo nominantur, quorum prior in flumine Tigri ambulavit cum ad Corduenam proficeretur (3), alter vero, qui coenobii episcopus factus est, in Slibae martyrologio ad diem 9 decembris inscriptus est (4). Num alteruter ex duobus istis Vita aut encomio sit ornatus, quod habessinicus synaxarista excerpserit, interrogare prorsus otiousum est. Apud eundem Slibam, ad

(1) BHO, 244. — (2) P. BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, t. III (Parisii, 1892), p. 499-502; cf. J. LABOURT, *Le christianisme dans l'empire perse sous la dynastie Sassanide* (Paris, 1904), p. 306-307. — (3) F. NAU, *Notice historique sur le monastère de Qartamit*, in *Actes du XIV^e*

Congrès des orientalistes, t. II (Paris, 1906), p. 84. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXVII, pp. 143, 170. Ferunt in eius consecratione episcopalis vocem caelitus auditam esse quae ter inclinaret : *Dignus et idoneus est*. NAU, op. c., p. 85 ; *Anal. Boll.*, t. c., p. 170. non autem 1. an.

diem

A diem 20 octobris, annuntiatur Daniel e coenobio Habšusiātā (1)? Coenobium quidem Habusia-tha, sive Scarabaeorum, arabice al-Hanā'īs (2), locus est haud incelebris in finibus Mausiliū; sed S. Daniel qui videtur ei nomen indidisse (3) nihil nobis aliud est quam umbra fugax. Nec nisi obiter et dicis gratia hic mentio debetur Danieli Edes-sae episcopo, quem in fastos suos reftulerunt Syri (4): quippe floruit eterno iam regno Persarum eiusque genuina historia non videtur tam portentosa fabella aucta fuisse (5). De hac etiam silet Vita S. Danielis de Gala (6). Minime tandem omnium a synaxarista aethiopico potuit hoc loco significari Daniel abbas Scetensis, qui duobus diebus interpositis, ad 16 chedar, ab eodem synaxarista proprio nomine et titulo salutatur, ad-dita narratiuncula ex eius Vita (7). Haec enim ut Coptis ita etiam Habessin probe nota erat (8); neque in ea legitur Daniel in Persidem evagatus esse, nedum Persarum regem ad Christum suis prodigiis convertisse. Hactenus igitur coniecturae omnes incassum decidunt.

B historia 2. In ipsa narratiuncula quae ad eius laudem

in synaxario recitatur, Daniel noster, quisquis ille fuit, personam gerit secundariam, et prope ad extremum, quasi acta iam fabula supervenit. Primas partes obtinet puer quem eius parentes, avaritia moti, mactare volebant, ut ex eius visceribus remedium aegrotanti regi subministrarent. Haec videtur a historia, in quam ipse Daniel aliunde inductus videtur, haud obscuram similitudinem habet cum Vita syriaca S. Silvestri papae, ubi Constantinus rex, ut leprae suas abluit, ex infantium sanguine balneum sibi parari iubet (9). Quod commen-tum e fonte quodam syriaco repetendum esse periti iudicies existimarent (10). Syri pariter ingenium prodil et syriaca exempla refert historia in qua rex Persarum a monache ad fidem christianam ad ductus legitur. Sed a quocunque demum excogitata est, ex eodem argumento fluxit et quo interpolator Vitae Silvestri tragoidiam fecit. Itaque cum haec tenus videbatur incognita, opera prelum duximus eam in luce collocare, non maiore tamen quam meretur apparatu et diligentia (11). Haec iam satis de sancto, suspicissimo illo quidem, cuius proprius locus erat inter praetermissos.

AUCTORE:
P. P.

fraudatore
syro

conficta.

E

F

(1) Anal. Boll., t. c., pp. 140, 166. — (2) Vide JACUT'S Geographisches Wörterbuch, ed. F. WÜSTENFELD, t. II (Leipzig, 1867), p. 658. — (3) GREGORI BARHEBRAEI Chronicum ecclesiasticum, ed. I. B. ABBELOOS et TH. I. LAMY, t. III (Lovanii, 1877), p. 497. — (4) Vide Martyrologium Qennes-rinense ad diem 28 aprilis, F. NAU, Patrologia orientalis, t. XI, fasc. 1, p. 40 (cf. supra, p. 385), et Slibam ad dies ianuarii 11, aprilii 28, iunii 30, Anal. Boll., t. c., pp. 145, 152, 155, 172-173, 181, 187. — (5) Sedem Edessenam obtinebat post annum Graecorum 952, Christi 640-641; MICHAEL SYRUS, lib. XI, c. 8; ed. J. B. CHABOT, Chronique de Michel le Syrien, t. IV, p. 420; cf. t. II, p. 429. Eum ab anno 665 ad 684 sedilie asserit Rubens Duval, His-toire d'Edesse (Paris, 1892), p. 237; qui tamen hoc legere non potuit apud autores quos loc. c. antestatur (cf. ibid., p. 240). Miraculum ab isto Daniele patratum refert MICHAEL SYRUS, ibid. CHABOT, op. c., t. IV, p. 420-21; t. II, p. 429. — (6) Carptim ed. F. NAU, Revue de l'Orient chré-tien, t. XV (1910), p. 60-62. — (7) ZOTEN-BERG, Catalogue des manuscrits éthiopiens de la bibliothèque Nationale (Paris, 1877), p. 163. — (8) Vide BHO. 241, 243; De vita eius

exposuit L. CLUGNET, Bibliothèque hagiogra-phique orientale (Paris, 1901), p. I-XXVIII. — (9) Apud ZACHARIAM RHETOREM, Historia ecclesiastica, I. I, c. 7; ed. E. W. BROOKS, in Corpus scriptorum christianorum orientalium; scriptores syri, textus, ser. tertia, t. V (1919), p. 63-65. Idem argumentum metrica oratione persecutus est Iacobus Sarugensis, BHO. 1070. Vide A. L. FROTHINGHAM jr., L'Omelia di Giacobo di Sarig sul battesimo di Costantino imperatore, in Atti della Reale Accademia dei Lincei, ser. 3, Memorie, t. VIII (1883), p. 167-242. — (10) Vide A. BAUMSTARK, Geschichte der syrischen Literatur (Bonn, 1922), p. 97. Ipse vir acutissimus unus L. Duchesne hanc fabellam in Oriente natam putat: qui tamen pro teste antiquissimo habet Moysen Chorenensem, cuius ementita auctoritas nondum in suspicionem vocata fuerat. Étude sur le Liber Pontificalis (Paris, 1877), p. 168. De variis formis quas narratiuncula ista apud Armenios induit, lege praesertim F. C. CONY-BEARE, The Date of Moses of Khoren, in Byzantinische Zeitschrift, t. X (1901), p. 490-97. — (11) Vide quae ad Vitam S. Ascanatri anno-tavimus, Comm. praev. num. 3, supra, p. 143.

VITA S. DANIELIS MONACHI IN PERSIDE

E synaxario aethiopico (14 chedar) ad fidem codicis 126 bibliothecae Nationalis Parisiensis.

መስቀል፡ የአቶ፡ ከዚ፡ እኩረ፡ እኩ፡ የንከ
አ፡ በጥበት፡ ተኩምር፡ ለንገዱ፡ ፍርድ፡ ወክክ
መኖ፡ በሰው፡ እግዢእ፡ እያዙ፡ ክርክቶች፡
የካንድ፡ እማድተ፡ እሳ፡ እኩ፡ በውሃ፡ ገን-
ዱ፡ ፍርድ፡ ዝወ፡ ዝዋ፡ የኩ፡ በውሃ፡ ገን-
ዱ፡ ክርክቶች፡ ወቻለ፡ የኩ፡ ፍርድ፡ ወቻለ፡ ዝ-
ዋ፡ መሁለ፡ ለንገዱ፡ ፍርድ፡ ወቻለ፡ ዝ-
ዋ፡ መብት፡ መውሃ፡ ክኩ፡ ፍመ፡ ዝ-
ዋ፡

1. Hoc item die requievit pater Daniel, qui mi-racula patravit in rege Persidis, eumque addu-xit ut crederet nomini domini nostri Iesu Christi fidei auctori. Nempe rex iste Persidis gravi morbo ventris laborabat, neque medici ¹ eum curare poterant. Erat autem regi Persidis medicus soller-tissimus, qui (tamen) eum curare non potuit. Cum igitur rex medicum occidere vellet, quod ars (eius) medica deficeret, is eum callide allocu-

Rex
Persarum-

Hebr.12,2.

1. — ¹ ፍርድ፡ cod. — ² ወቻለ፡ cod.
Novembris Tomus IV.

1. — ¹ medicus cod.

60 ወቻለ፡

VITA

ወሰድ፡ ፈቃድ፡ የገዢ፡ ቁጥር፡ ሰተለዥ፡ ለወያዥ፡
 ሲሸጋል፡ በእኔት፡ ንጂሳ፡ ምውሰ፡ ተቀባዩ፡ በ
 ትምህርንት፡ እኩዎ፡ ይጠል፡ ጉምሮ፡ እንደገዢ፡
 እኩ፡ መከተሉ፡ ካመ፡ ተእኔር፡ እኩ፡ መ
 ይጠል፡ እኩሁ፡ ወያዥችኩ፡ ለክ፡ ለወ፡ መስ
 በ፡ በአዱ፡ ተፈድ፡ ብንት፡ ለወ፡ እኩ፡
 ይረዳ፡ ካመ፡ የገዢ፡ ይጠል፡ እምበሩ፡
 ብንቱ፡ ወጪ፡ ወግኝሙ፡ መብ፡ ይጠል፡
 ለረቅ፡ ለወያዥሁ፡ ካመ፡ ይጠል፡ እምበሩ፡
 ወይምጥ፡ በዚመት፡ እኩ፡ መስለመ፡ መ
 ስት፡ ህጋር፡ ይጠል፡ በእኔ፡ የወሰል፡ በእኔ
 ተ፡ መስለምዙ፡ ይወሰል፡ መብ፡ ለወያዥ-
 ቀለ፡ እዋዥ፡ እነዚቀመ፡ ይቀረ፡ መፍ፡ ወ
 ሰቅ፡ ወላደም፡ ንብ፡ የገዢ፡ እኩ፡ ይ
 ሰነ፡ ወይጠል፡ ተወከል፡ ለወ፡ እኩአ
 ብር፡ በራጋዬ፡ መቅኩ፡ ይጠል፡

³ ተሰሳር : cod. — ⁴ corr. ex በለሰሳ : (lege : በለ
ሰሳ) — ⁵ ወሁለም : cod. — ⁶ ወወልያ : cod.

(1) Intellege : *matri*, nisi corrigendus est codex.
— (2) In archetypo huius narratiunculae scrip-

tus est his verbis : « Quaere tibi, rex, infamem ab infantilis parvulum, et impera ut eius mater eum (vinculis) constringat, eumque iugulet eius pater, affrantque tibi cor illius : quod postquam devoraveris, convalesces. » Haec ille dixit, existimans regem timore prohibitumiri ne hoc ageret. Rex tamen satelliti suo mille denarios aureos dedit, ut eius modi infantulum in regione conquereret atque emeret. Erant autem in regione pauperes (duo), vir cum uxore, quibus filius unus erat. Qui cum praeconis vocem audivissent, auri cupiditate pellecti sunt, et ad regem filium suum adduxerunt ², plorantem et dicentem : « Deo confido, qui creavit me ; is me eripiet. »

2. Deinde (puerum) arte colligavit eius mater; et <pater eius¹> cultrum suum eduxit ut illum iugularet coram rege et principibus. Tum infans oculos in caelum arrexit, et labiorum suorum (motu), sine voce, loqui coepit. Et mitigavit Deus animum regis; iussitque rex (puerum) solvi et ad se adduci; cui dixit²: « Quid est quod dicere volebas, cum oculos tuos sursum arrigeres? » Dixit autem parvulus: « Domine, si contigit aliquem iniuria laedi, defendant eum pater eius et mater. Quod si factu est huic (1) difficile, defendant eum rex et principes eius. Ego vero cum apud vos omnes nulla mihi salus esset (2), Deum invocavi, qui creavit me. » Rex, cum eius dicta audivisset, eum misericordia complexus, mille denariis aureis donavit. Quapropter placuit Deo ut regi propitius esset; itaque ad eum misit Danielem illum, qui ab eius morbo eum curaret. Is cum ad illum advenisset, miracula plurima patravit, perfecitque ut rex F cederet nomini Domini nostri Iesu Christi, eum ab eius morbo sanavit, et cum universo eius populo baptismate christianorum baptizavit. Deinde abiit pater Daniel in regionem suam, ubi multis laboribus exanclatis, in pace requievit.

a S. Daniele sanguinatur

*et bapti-
zatur.*